Quelle:
Copyright:

codicis Ms. item a Petro Sabatier Bibl. Sacror. lat. vers. antiq. seu veteris Italica, Paris, 1743. Fol. T. 3. p. I. ex Ms. Colbert. n. 4051. ubi ea notis adjectis videre est, prologum nostrum cum Ms. Eccles. S. Mart. Turon. n. 174. maxime concludere. Sicut hic prologus prosix us sit Bibl. Editioni Erasmiana T. IX. 1534. Paris. S. Hieronymi eum non esse, tamen idem Erasmus contendit T. III. p. II.

Post hoc sequuntur capitula, seu breves sumæ eorum, quæ in quovis Evangelii capitulo continentur. In calce eorum conspicitur icon genua flexentis Christi, vinculis ac compedibus constricti, schedam manibus erectis tenentis, hoc versu: Angele preclare, mihi, de precor, auxiliare; cui angelus in circulo, quo circumdatur, respondent: virtutum vere, facram te flore nitere. – Proximo folio pagina aversa et subsequentibus exhibentur 10 canones, id est, tabulæ loca parallela Evangelistarum ostendentes, de quibus S. Hieron. in dicta prefatione ad Damasum: "Canones "quoque quos Eusebius Cesariensis Episcopus Alexandrinus secutus Ammonium in decem numeros ordinavit, sicut in Greco habentur, expressimus. Quod si "quis de curiosis voluerit nosse, quæ in Evangeliis, vel "eadem, vel vicina, vel sola sint, eorum distinctione "cognoscet". Ex quibus et origo eorum et usus satis patescunt.

Paginam ultimi canonis si vertas, conspicies imaginem sedentis cum prole Virginis Matris, cui supplices adstant Moniales ut videtur, Chunegundis, et Sacerdos nomine Heinricus Presbiter, librum Mariæ offerentes hoc lemate: Sit liber iste pia tibi gratus Virgo Maria; quibus illa: Protego viventes, salvabo vos morientes. Ex quo palam fit, Heinricum hunc nostrum exarasse codicem. – Tandem ipsa Evangelia. Evangeliis Marci, Luce et Joanis pariter premittuntur prologi et capitula authorum ignotorum; de quibus si plura cupis, adeas prædicta Biblia P. Sabatier T. 3. et Erasmi.

In calce denique ipse codex laudat calligraphum suum hoc subscripto: Qui me finivit, hei! quam bene scribere scivit! videtur manus sæc. 14.

Non adest.

Cod. XV ist seit 1940 in New York, The Pierpont Morgan Library, M 808 (Institut für Deutsche Philologie des Mittelalters in Marburg, Exkursionsprogramm 1991, S. 27)